



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Indam foeminam ab impuris facibus. 274

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

certissima oberraret. In hac iterum desperatione, alijs humi deiectis, & liberè omnia confitentibus, Franciscus denuo sacros **IGNATI** cineres in vndas abiecit. Vix eas contigerant, iam vndique venti quiescere; subsidere fluctus; sol ipse discussa nubium nocte promicare. Crederes hinc maris iniurias, hinc **IGNATI** patrocinium certasse; non vtique experiendum, nisi cogente periculo prouocaretur.

274 Neque verò corpora solùm medicatus est **IGNATI**; sed multorum quoque curas ærumnasque temperauit; eaque sæpe pericula depulit, quæ ad animorum cladem pertinuissent. Exemplo fœmina fuit Inda, quæ impuris olim ignibus conflagrabat; ijsque tam infestis, vt extinguendis esse vix putaretur. Quæ postquam ad **IGNATI** cineres religiosè

fig
ap
ni
m
fa
xi
2
qu
vu
vn
eg
Ig
cip
da
in
tu
no
an
qu
qu
ad
di
iur
tie

ligiosè venerandos animum applicuit, omne illud libidinis incendium, quo miserri-
mè depascebatur, ac pænè in-
saniebat, velut frigidâ restin-
xit.

275. Hæc omnia pluraque talia, quæ sciens prætereo, etsi non in vulgaribus miraculis habentur; vnum tamen ego præter cetera egregium semper duxi; quod **IGNATIVM** videbam à **DEO** prin-
cipem eius condendæ Religionis datum, cuius talis inter bonos iuxta ac improbos opera esset futura. Nam ei vtrique in rem tanti nominis audendam, parem **DEVS** animum indidit. Tum deinde, si quis reputet, quantus ille, qualisque de profano milite, & quem admodum euaserit; quo vinculo diuersissima Sociorum ingenia iunxerit; quæ perperis, & quoties periclitatus, supra humanam